

cem ignis ardéntis. Sunt ergo viri Judæi, quos constituisti super ópera régionis Babylônis, Sidrach, Misach, & Abdénago: viri isti contempserunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & státuam áuream, quam erexisti, non adórant. Tunc Nabuchodónosor in furôre & in ira præcêpit, ut adduceréntur Sidrach, Misach, & Abdénago: qui confestim adducti sunt in conspectu regis. Pronuntiansque Nabuchodónosor rex, ait eis: Verénè Sidrach, Misach, & Abdénago, deos meos non colitis, & státuam áuream, quam constitui, non adoratis? Nunc ergo si estis parâti, quacumque hora audieritis sónitum tubæ, fistulæ, cítharæ, sambucæ, & psalterii, & symphoniae, omnisque géreris

musicorum, prostérnите vos, & adorâte státuam quam feci: quòd si non adoraveritis, eadem hora mittémini in fornâcem ignis ardéntis: & quis est Deus, qui eripiet vos de manu mea? Respondentes Sidrach, Misach, & Abdénago, dixerunt regi Nabuchodónosor: Non opórtet nos de hac re respondere tibi. Ecce enim Deus noster, quem cólimus, potest eripere nos de camíno ignis ardéntis, & de mánibus tuis, o rex, liberare. Quòd si noluerit, notum sit tibi, rex, quia deos tuos non cólimus, & státuam áuream quam erexisti, non adorâmus. Tunc Nabuchodónosor replétus est furore: & aspèctus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdénago, & præcêpit ut succenderetur fornax

sep-

DOMINICA RESURRECTIONIS DOMINI.

Lectio Epistolæ B. Pauli
Apóstoli ad Corin-

thios.

FERIA SECUNDA.

Léctio Actuum Apos-

tolôrum.

1. Cor.
5. c.
Fratres, Expurgâte vetus ferméntum, ut sitis nova conspersio, sicut estis ázymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulémur, non in ferménto véteri, neque in ferménto malitiæ, & nequitiæ, sed in ázymis sinceritatis, & veritatis.

Act.
10. f.
In diébus illis: Stans Petrus in médio plebis, dixit: Viri fratres, vos scitis quòd factum est verbum per universem Judæam; incipiens enim à Galilæa, post baptísmum quòd prædicavit Joánes, Jesum à Názareth: quómodò unxit eum Deus Spíritu Sancto & virtute, qui per tránsiit benefaciendo & sanando omnes opprésos à diábolo, quoniam Deus erat cum illo. Et

nos

nos testes sumus ómnium quæ fecit in régione Ju-dæorum, & Jerusalem, quem occidérunt sus-pendéntes in ligno. Hunc Deus suscitâvit tértia die, & dedit eum maniféstum fieri non omni pôpulo, sed téstibus præordinátis à Deo, nobis, qui man-ducávimus, & bîbimus cum illo, postquam re-surréxit à mórtuis. Et præcêpit nobis prædicâre pôpulo, & testificâri quia ipse est qui constitûtus est à Deo judex vivôrum & mortuôrum. Huic om-nes Prophetæ testimónium perhibent, remis-sionem peccatôrum accí-pere per nomen ejus om-nes, qui credunt in eum.

FERIA TERTIA.

Léctio Actuum Apos-tolôrum.

IN diébus illis: Sur-gens Paulus & ma-nu siléntium indí-cens, ait: Viri fratres, filii géneris Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum salûtis hu-jus missum est. Qui enim habitábant Jerúsalem, & príncipes ejus ignorántes Jesum, & voces Pro-phétarum quæ per omne sâbbatum legúntur, ju-dicántes implevérunt: & nullam causam mortis inveniéntes in eo, petié-runt á Piláto ut interfice-rent eum. Cùmque con-summassent omnia, quæ de eo scripta erant, de-ponentes eum de ligno, posuérunt eum in monu-ménto. Deus veró susci-tâvit eum à mórtuis té-

Act. 13.

tia

tia die: qui visus est per dies multos his, qui si-mul ascénderant cum eo de Galilæa in Jerúsalem: qui usque nunc sunt tes-tes ejus ad plebem. Et nos vobis annuntiámus eam, quæ ad patres nos-tros repromissio facta est: quóniam hanc Deus adimplévit filiis nostris, resúscitans Jesum Chris-tum Dóminum nostrum.

FERIA QUARTA.

Léctio Actuum Apos-tolôrum.

IN diébus illis: Apé-riens Petrus os suum, dixit: Viri Israélitæ, & qui timétis Deum, au-dite. Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Ja-cob, Deus patrum nos-trôrum glorificâvit Fí-lium suum Jesum, quem vos quidem tradidístis, & negástis ante fáciem

Piláti, judicânte illo di-mitti. Vos autem sanc-tum & justum negástis, & petistis virum homici-dam donári vobis: auc-tòrem verò vitæ interfec-tis, quem Deus susci-tâvit à mortuis, cuius nos testes sumus. Et nunc, fratres, scio quia per ig-norântiam fecistis, sicut & príncipes vestri. Deus autem, quæ prænuntiâvit per os ómnium Prophe-tarum, pati Christum suum, sic implévit. Pœnitémini igítur & conver-timini, ut deleántur pec-câta vestra.

FERIA QUINTA.

Léctio Actuum Apos-tolôrum.

IN diébus illis: Ange-lus Dómini locútus est ad Philíppum, dic-sens: Surge, & vade con-tra meridiánum ad viam

Act. 8. c

O

quæ

quæ descéndit ab Jerú-salem in Gazam: hæc est desérta. Et surgens ábiit. Et ecce, vir Æthiops, Eu-nûchus, potens Candâcis reginæ Æthiopum, qui erat super omnes gazas ejus, vénérat adoráre in Jerúsalem: & revertebâtur sedens super currum suum, legensque Isaïam Prophétam. Dixit autem Spíritus Philíppo: Accéde, & adjúnge te ad currum istum. Accúrrens autem Philíppus, audívit eum legentem Isaïam Prophétam, & dixit: Pu-tásne intélligis quæ legis? Qui ait: Et quómodò possum, si non aliquis osténderit mihi? Rogâvitque Philíppum ut as-cenderet, & sedéret se-cum. Locus autem Scrip-turæ, quam legébat, erat hic: Tamquam ovis ad occisióñem ductus est: & sicut agnus coram ton-

dénte se, sine voce, sic non apéruit os suum. In humilitate judícum ejus sublátum est. Generatió-nem ejus quis enarrábit, quóniam tollétur de terra vita ejus? Respóndens autem Eunûchus Philíppo, dixit: Obsecro te, de quo Prophéta dicit hoc? de se, an de álio aliquo? Apériens autem Philíppus os suum, & incípiens à Scriptúra ista, evange-lizávit illi Jesum. Et dum irent per viam, venérunt ad quamdam aquam: & ait Eunûchus: Ecce aqua, quid próhibet me baptizári? Dixit autem Philíppus: Si credis ex toto corde, licet. Et res-póndens ait: Credo Fílium Dei esse Jesum Christum. Et jussit stare currum: & descendérunt uterque in aquam, Philíppus & Eunûchus, & bap-tizávit eum. Cùm autem

as-

ascendíssent de aqua, Spíritus Dómini rápuit Philíppum, & ampliùs non vidiit eum Eunûchus. Ibat autem per viam suam gaudens. Philíppus autem invéntus est in Azoto. Et pertránsiens evange-lizábat civitáibus cunctis (donec veníret Cæsa-réam) nomen Dómini Je-su-Christi.

FERIA SEXTA.

Léctio Epístolæ B. Petri Apóstoli.

I. Pe-tr. 3. d. **C**haríssimi: Chris-tus semel pro-peccátis nostris mórtuus est, justus pro injústis, ut nos offérret Deo, mortificátus qui-dem carne, vivificátus autem spíritu. In quo & his, qui in cárcere erant, spirítibus véniens prædi-cávit: qui incréduli füe-

rant aliquándo, quando spectábant Dei patiéntiam in diébus Noë, cùm fabricaréetur arca, in qua pauci, id est octo ánime salvæ factæ sunt per aquam. Quód & vos nunc similis formæ salvos facit baptísma: non carnis de-posício sórdium, sed consciéntiæ bonæ interrogá-tio in Deum per resur-rectiōnem Jesu-Christi Dómini nostri, qui est in déxtera Dei.

S A B B A T O
in Albis.

Léctio Epístolæ B. Petri Apóstoli.

I. Pe-tr. 2. **C**haríssimi: Depo-néntes omnem malítiam, & om-nem dolum, & simulatiōnes, & invídias, & omnes detractiōnes; sicùt modò géniti infántes, rationábi-

les, sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem: si tamen gustastis quoniam dulcis est Dominus. Ad quem accedentes lapidem vivum, ab hominibus quidem reprobatum, a Deo autem electum & honorificatum: & ipsi tamquam lapides vivi superaedificamini, domus spirituialis, sacerdotium sanctum, offerre spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Propter quod continet Scriptura: Ecce pono in Sion lapidem summum angularem, electum, pretiosum: & qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus: non credentibus autem, lapis, quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli, & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offend-

dunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis; ut virtutes annuntiatrices ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

DOMINICA in Albis.

Octava Paschæ.

Lectio Epistolæ B. Joannis Apóstoli.

Charissimi: Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum: & haec est Victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Quis

est

est qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Jesus est Filius Dei? hic est, qui venit per aquam & sanguinem, Jesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur, quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt qui testimonium dant in celo: Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres unum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: Spiritus, & aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est: quoniam hoc est testimonium Dei quod maius est, quoniam testificatus est de Filio suo. Qui credit in Filium Dei, habet testimonium Dei in se.

DOMINICA II post Pascha.

Lectio Epistolæ B. Petri Apóstoli.

Charissimi: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus: qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem judicanti se injuste: qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, justitiae vivamus: cuius livore sanati estis. Eratis enim sicut oves errantes, sed conversti estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestiarum.

1. Pe-
tr. 2.